Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ad Corinth

Nunq̃d omes linguis locuturus. Nunq̃d omes interpretantur.
Æmulamini autem charismata meliora. Adhuc excel
fres. lenciorem viam uobis demonstro. Si linguis hominum loqar
et angelorum. caritatem autem non habeam factus sum uelut es
nas aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam et
noueri omnia mysteria et omnem scientiam et si habuero
omnem fidem ita ut montes transferam. caritatem autem non
habuero. nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas. et si tradidero corpus meum ita ut
ardeam caritatem autem non habuero. nihil mihi prodest. Caritas
patiens est. benigna est. caritas non emulatur. non agit perpe
tram non inflatur. non est ambiciosa. non quirit quæ sua sunt. non irri
tatur. non cogitat malum. non gaudet super iniquitate. con gau
det autem ueritati. Omnia suffert. omnia credit. omnia sperat omnia
sustinet. Caritas nunquam excidit. Siue prophetie euacua
buntur. Siue linguæ cessabunt. Siue scientia destruetur. h
Cum enim parvulus loquebar ut parvulus. sapiebam ut parvulus cogita
bam ut parvulus. quando autem factus sum uir euacuauit quæ erant par
uuli. Videmus nunc per speculum et in enigmate. tunc autem facie
ad faciem. Nunc cognosco ex parte. tunc autem cognoscam sicut et
cognitus sum. Nunc autem manent fides spes caritas. hæc
Maior autem his est caritas. Sectamini caritatem. emu
lamini spiritalia. magis autem ut prophetetis. Qui enim loquitur
lingua non hominibus loquitur sed deo. Nemo enim audit. Spi
ritu autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat. hominibus loquitur ad edi
ficationem et exhortationem et consolationem. Qui loquitur lingua
se ipsum edificat. qui autem prophetat ecclesiam edificat. Volo
autem uos omnes loqui linguis. magis autem prophetare. Nam maior
est qui prophetat quam qui loquitur linguis. nisi forte ut interpretetur
ut ecclesia edificationem accipiat. Nunc autem fratres si uenero ad
uos loquens linguis quid uobis prodero. nisi uobis loquar aut
in reuelatione aut in scientia aut in prophetia aut in
doctrina. Tamen quæ sine anima sunt uocem dantia siue tibia
siue cithara. nisi distinctionem sonitus dederint quo

h ex parte enim cognoscimus. et ex parte prophetamus. cum autem uenerit quod perfectum est.
euacuabitur quod ex parte est.